

Dominus suos Apostolos Principes in orbem, quibus dedit plenariam potestatem gubernandi, condendi leges, Sacramenta administrandi, Episcopos creandi, quamvis huiusmodi potestas solum permanserit successoribus Petri, cui data est, tanquam capiti. Quod autem illa plenaria potestas Ecclesias suas gubernandi data fuerit omnibus Apostolis, colligunt ex verbis Christi Domini, Sicus misit me vivens Pater, ego mitto vos, Joan. 20. num. 21. Divus Augustinus Divus Cyrillus, Divus Chrysostomus, Albertus Magnus, & in sermone de S. Petro, S. Thomas, & alii, & docent Sotus in 4. distict. 20. quast. 1. artic. 2. & lib. 1. de iustitia, quast. 1. artic. 3. Bellarminus lib. 4. de Pontific. cap. 23. Suarez lib. 4. de legibus cap. 3. num. 4. Sed si huiusmodi potestas solum in successoribus Petri permansura erat, cur omnibus datur? Cur non recedat a Petro, sed a Christo, a quo tanta potestate delegatur? Albertus magnus in persona Christi ait: Mitto vos, auctoritatem vobis dando, ut qui vos audiat, me audiat; & qui vos spernit, me spernit: ideo dicit Apostolus 2. Corinth. 5. Pro Christo legationem fungimur, ut sui ministri omnibus essent in reverentia. Tanta auctoritate, ac jurisdictione Dominus suos ministros, ac Apostolos sublimavit tum ut prompte, & expedite suas Ecclesias gubernarent, tum ut etiam omnibus essent in veneratione, utpote tanta auctoritate condecorati.

Joan. 20. August. Cyrill. Chrysof. Albert. Mag. D. Thom. Sotus; Bellarm. n. Suarius.

Alber. Mag.

2. Cor. 5.

13. Exod. 7.

Dominus auctoritate honoratur minister.

Cajetan.

Cum Moyses esset destinatus a Deo legatus ad Pharaonem, ait ei Dominus: Constitui te Deum Pharaonis, Exod. 7. num. 1. Praeficiens Deus Moysen ad educendum suum populum, cur non appellavit Imperatorem, Regem, Ducem, praefectum? Cur aliquo nomine ex his, quibus homines solent suos praefectos insignire, non appellavit? Cur Deum dicit purum hominem? Destinabatur Moyses Dei minister; & ita decrevit Dominus cum excellere, ut alio nomine non delegaret, nisi propria nuncupatione Dei data, ut ex tanta sublimitate auctoritas sua innotesceret. Cajetanus. Vide, ait, attende, & perpende, in qua quomodo gradu constitui te: nam dedi te, ut officio Dei fungaris erga Pharaonem: magnanimus esto, qui loco mei, constitui te relative ad Pharaonem: non ibis tanquam inferior, sed tanquam superior, ut agens Deum ducem Pharaonis.

Ioannis 4. n. 3. Reliquit Judaeam, & abiit iterum in Galilaeam.

VERSIONES.

D. August. tr. 15. Reliquit Iudaeam terram, Theophylact.

ALTER TEXTUS.

Matth. 4. n. 12. Cum autem audisset Iesus, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilaeam.

Marc. 1. n. 14. Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilaeam.

Luc. 4. n. 14. Et egressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilaeam.

EXPOSITIO.

14. Hic est secundus Christi adventus in Galilaeam, ut denotat illa particula iterum: primus enim exitit, quando cum discipulis venit in Canam Galilaeae ad nuptias, Joan. 2. de quo dictum est cap. primo huius libri Tempore autem Paschatis in Iudaeam, Joan. 2. numero decimo secundo. Et ibi in Ierusalem eiecit vendentes de templo, miracula fecit, cum Nicodemo locutus est; & in altera Iudaeae parte multos baptizavit, Joan. 3. numero 26. Cum ergo ibi esset, & audisset, quod Ioannes traditus esset in carcerem, ut iam dixi num. 1. fugiens Pharisaeorum invidiam, ut ex multis Patribus dicam quast. sequenti; nam Pharisaei adierunt, quod Iesus plures baptizaret; & plures discipulos faceret, quam Ioannes, ut patet versu 1. Relinquit Iudaeam, terram in qua maiores Pharisaeorum habitabant, & abiit in Galilaeam, quae erat patria sua, ut ibi praedicaret; quamvis, ut ibi dixit Dominus, Nullus propheta acceptus est in patria sua. Et hic discessit in Galilaeam est ille, de quo Matthaeus, Marcus, & Lucas faciunt mentionem post traditum Joannem ab Herode, ut exponit Abulensis, & dixi num. 1.

14.

Abulens.

15.

Maldonatus in 4. Matth. num. 12. ait, quod Dominus secessit in Galilaeam, non inferiorem, sed superiorem, quae appellatur Galilaea Gentium, & extra jurisdictionem Herodis erat: nam Ioannes incarceratus est ab Herode; ut vidimus Cap. 4. Matth. 14. num. 3. Marc. 6. num. 17. Luc. 3. num. 9. Herodes autem Tetrarcha erat Galilaeae, Luc. 3. num. 1. Non ergo Dominus fugerit periculum, si abiret in Galilaeam, in qua Ioannes traditus erat: igitur secessit in aliam extra jurisdictionem Herodis. Et hanc expositionem, ait ipse Maldonatus, latuisse alios Auctores, ac magnum Augustinum. Sed revera expositio me quoque laet. Nam Galilaea in Scriptura absolute sumitur utraque, sive inferiori, sive superiori, & utrique imperabat Herodes; aliter enim Herodes non diceretur ab Evangelista, Luc. 3. num. 1. absolute Tetrarcha Galilaeae, sed cum limitatione, & explicatione. Nec Io. Herodis post Galilaeam superiorem a potestate Herodis. Nec ratio desumpta ex traditione Joannis habet vim, quia Dominus non fugebat Herodem, sed invidiam Pharisaeorum, ut dicam quastione sequenti. Deinde, ut recte observavit Abulensis, sic cap. 4. Matth. quast. 85. §. dicendum; non erat Christo Domino ratio timendi, quod Ioannes incarceratus fuerat ab Herode, quia increpabat eum propter Herodiadem uxorem fratris sui, quam ei viventi abstulerat; nam Christus Dominus ob altum suam consilium decreverat, de hac re non agere; & ideo non datur eadem causa timoris.

15.

Abulens.

16.

Abulens.

17.

Abulens.

18.

Abulens.

19.

Abulens.

20.

Abulens.

21.

Abulens.

22.

Abulens.

23.

Abulens.

QUESTIO III.

Quare Dominus discessit ex Iudaea in Galilaeam?

16. Rapert.

AD questionem respondet primo Rupertus lib. 5. in Joannem: Nam quamdiu, ait, lucerna haec de qua praedictum est, lucerna clarissime Ioannes, ardeat, & lucere potuit, & passi sunt filii tenebrarum, ut staret lucens super candelabrum suum, tanto illum honore dignum duxit Dominus omnium, ut sicut ille; non seipsum commendabat praedicatione sua, sed Christum; sic contra Christus Iesus, illo superfluo nunquam poneret in conspectu populi magisterii sui cathedram publicae praedicationis lectionum. Quod si faceret, magna utique claritate sua famam illius citius obscurasset, sicut Sole meridiano lucerna fulgor exiguus operire solet. Hoc enim devotans excelsorum honorum provisor, nec hoc saltem est, ut propter id, quod sui quoque discipuli baptizabant, quastiones angescerent, qua iam, ut supra dictum est, fieri ceperant. Sed loco, & tempore cedere dignatus est, ut debito cum honore Baptista suus ad consummationem cursus sui perveniret. Hoc est, quod Evangelista nunc refert: Ut cognovit Iesus, quod Pharisaei audierunt, quia Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Ioannes, abiit in Galilaeam. Quatuor nobis satis ingeniose dat venerabilis Abbas, Quamquam ipse existimet, quod Dominus periret Galilaeam, antequam Ioannes esset incarceratus, tamen ait ipse, quod Dominus tetendit in Galilaeam, tempus suae praedicationis expedans, ut eo incarcerato illam inchoaret. Sed nos dicimus, quod cum esset traditus, Dominus discessit, ut tradunt Matthaeus & Marcus.

17.

Joanne vivente Christus non ponit cathedram magisterii Ioan. 1.

Matth. 4. Non solet Deus suos ministros officio commisso impedire.

Deus vult, ut quilibet suo fulgore luceat.

suo resplendat Ioannes erat lucerna ac proinde aliquis ei debebatur splendor; noluit ergo Christus cum offuscare, ac obumbracula ponere. Quod si facere voluisset, magna utique claritate sua famam illius citius obscurasset. Sed hoc valde alienum iudicavit a bonitate sua, qua sinit unumquemque lucere. Quarto Recedit Dominus, ut sui discipuli abstinerent a quastionibus, quae jam circa baptismum Christi inter suos discipulos, ac aetelas Joannis ceperant, Joan. 3. num. 15. Ne huiusmodi quastiones iterum implicarentur cum Pharisaeis, qui audierunt, quod Iesus plures discipulos faceret, & baptizaret, quam Ioannes, & dicebant, ut ait ipse Rupertus: Ecce duos Bapistas habemus. Nunquam uterque est Christus? Ut ergo huiusmodi quastionibus imponeretur silentium, recedit Dominus, & abiit in Galilaeam, ne quastiones angescerent, quae iam fieri ceperant, loco, & tempore cedere dignatus est, Ecclesiast. 8. n. 4. Non litiges cum homine linguato, ne struas in ignem illis ligna.

18. quastionibus abstinentiam, & fugiendum.

18. Eccl. 8.

18.

August. Alber. Mag. D. Thom. Mart. 10.

2. Cor. 11.

Alber. Mag. D. Thom. Carthuf. Credendum ad tempus.

Ezech. 2.

Carthuf.

19.

Alber. Mag. Hugo.

Act. 15.

Job. 39.

Chrysof. Theoph. Bonavent.

Chrysof.

Deus maxime gloriam, de nostra redemptione a humanitate

M. 4. abscondi.

abscondi, ut se hominem manifestaret. Vide lib. 2. cap. 1. n. 53. & cap. 3. n. 22. & 23.

20. **Ambros.** Septimo Abulensis in cap. 4. *Matth. quast. 85.* ex eo contendit, quod Christus Dominus abiit in Galilæam, quia volebat in ea primò prædicare. Quod ex multiplici causa factum est, ut ipse probat sequenti quast. 86. Primo, quia illa erat terra natalis Christi, & voluit Dominus primò illi benefacere, quàm aliis, ut docet Theophylactus in cap. 4. *Matth.* Quo instrumur prius propriis benefacere, eosque docere; deinde ad relinquos amicitiam spargere. Galæa autem erat patria natalis Christi id est suæ nutritionis; quia licet in Bethleem esse natus, tamen tota vita in Nazareth nutritus fuit, & educatus: & ideo non Bethleemites, sed Nazareus est dictus, ut dixi lib. 2. cap. 9. quast. 11. Secundo, quia Christus volebat habere testes suæ prædicationis ab ejus exordio; cum autem Dominus decrevisset suos honorare, utque Apostoli majori ex parte essent Galilæi, actor. 2. num. 7. *Nonne omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt?* idè ad Galilæam tendit ad suam prædicationem inchoandam. Tertio. Recedit in Galilæam; quia cum Joannes esset jam in carcere traditus, tempus erat, ut suam prædicationem iniciaret in Galilæa, ut impleteret vaticinium. *Isai. 9. num. 1. Primo tempore alleviata est terra Zabulon, Nephthali, via maris trans Jordanem Galilæa Genim: populus qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam.* Et hanc rationem inducit Matthæus in textu cap. 4. n. 15. Et statim post commemoratam prophetiam ait: *Et exinde cepit Jesus prædicare.* Quæ rationes optime probant, quare ad exordium suæ prædicationis elegerit Galilæam.

21. **August.** *Octavo, Commoniter Patres. Divus Augustinus tract. 15. in Joan. Divus Cyrillus lib. 2. in Joan. cap. 76. Divus Chrysostomus homil. 30. D. Ambrosius lib. 4. in Lucam. Theophylactus, Beda, Divus Thomas, Divus Bonaventura, & alii multi ad hunc locum Joannis tenent, quod Dominus discessit ex Judæa, declinans Pharisæorum invidiam. Et ita ait Divus Augustinus citatus, ut cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi. Quia vero, inquit cognovit eorum scientiam, simul cognovit & invidiam, quia non hoc propterea didicerunt, ut sequerentur, sed ut persequerentur. Divus Chrysostomus Non formidinis causa discessit, sed ut eorum invidiam leniret. Explicat Matthæus, ut patet ex septima ratione, cur Dominus potius tendere in Galilæam, quàm in aliam Provinciam. Joannes vero hic declarat, cur discesserit ex Judæa. Ut cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi, quia Jesus plures baptizaret, quàm Joannes, relinquit Judæam. Ergo innuit Evangelista, quod causa hujus discessus fuit, quia cognoverunt Judæi quod plures baptizaret quàm Joannes, quo maxime livore torquebantur Pharisæi, non quia pro Joanne zelarent, ut jam dixi ex Cajetano num. 3. immo potius Joannis baptismum spreverunt *Luc. 7. num. 30.* Sed quia verebantur, ne Christi nomine, ac baptismo eorum Secta extingueretur, ideo incredibili invidia, ac odio Christum persequerentur, quod inde erat vehementius, quia tegumento, ac prætextu zeli Joannis fiebat.*

22. Valde mirum est, quod Dominus recedat à Judæa ob invidiam Pharisæorum, & eligat abire in Galilæam, in qua regnabat Herodes, ut jam

notavi in expositione num. 15. qui Joannem in carceraverat, & savissimus erat hostis religionis. virtutis, ac veritatis. Sed sapientissimus Dominus Iesus elegit degere potius, ac habitare cum crudelissimo hoste, quàm cum Pharisæis inimicis simulatis ac invidiosis. Cum David fuisset maxime oppressus persecutionibus Saul: *Au in corde suo: Aliquando incidam una die in manus Saul: nonne melius est, ut fugiam, & salver in terra Philistinorum, Surrexit David, & abiit ad Achis, filium Gerb. 1. Regum. 27. à num. 1. Merito addubitar Abulensis, ibi quast. 5. & 7. quomodo David ausus fuerit se recipere in terra Philistinorum; nimium enim offenderat Philistæos, & eos maxime bellis attriverat, ut patet ex. cap. 18. 19. & 23. Multos namque Philistæos occiderat, ducenta præputia adduxerat ad Regem Saul. cap. 18. Et tandem invenit eos virum valde insignem interfecerat Goliath. Quomodo ergo fugit à Saule, ac suis patriciis, & tendit ad Regem Philistæum inimicum? Saül magna in Davidem commovebatur invidia, ut latè prosequuntur Divus Chrysostomus homil. de David D. Ambrosius lib. de eodem, & alii Patres. Prudenter David relinquens concives suos pergit ad Philistæum melius judicans, habitare cum infesto inimico incircunciso, quàm cum invidioso, ac simulato hoste, etiam compatriotio. Aliquando enim beneficiis miscuit odium, quibus obstinata magis obdurefcit invidia. Quod eleganter dixit D. Augustinus serm. 83. de tempore. *Canes, ait, educatione mansuescunt, Leões obsequio tractabiles sunt, invidi tantum officio aggressiores evadunt.**

Post discessum Magorum, *Apparet Angelus Ioseph in semis, & ait ei: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, Matth. 2. num. 13.* Quomodo fuga pueri mandatur ab Angelo in Ægyptum; nam Ægyptiaca gens semper fuit valde infesta populo Hebraico, ut notat Rupertus. Ibi Abrahamus persecutionem pertulit *Genes. 12. num. 14.* Ibi & Ioseph, in carceratur *Genes. 39.* Et tandem totus populus Hebraicus captivitate affligitur. Ad quid ergo tendit puer in Ægyptum? Adventibus Magis, *Turbatus est Herodes, & tota Ierosolyma cum illo; & Herodes dixerat Magis, Ite, & interrogate diligenter de pueri, ut & ego veniens adorem eum, Matth. 2. num. 8.* Hæc fatit Herodes, & tamen, ut notat Divus Paschasius lib. 1. in Matth. *Similato odio, ac invidia Christum persequerentur. Mandatur fuga in Ægyptum, quæ semper se habuit adverso animo in Abrahami natos; tutius enim est commorari cum aperto hoste, quàm cum occulto inimico, ac simulato invidioso. In Ægypto manifestabatur odium, videbatur inimicitia in Judaicam gentem, at in Herode occultabatur odium, latebat invidia. Recede ergo ab Israël, vade in Ægyptum; nam invidia nulli scit parcere. Guilla Perald. Episcopus Lugdun. summ. de vitiis, & virtutibus lib. 2. tract. 7. *Cru- delo malum, ait, super omne malum invidia: nam odium aliquando pietate movetur, injuria sæpè deponitur. At invidia facit hominem penitus immisericordem, quia non parit pari, fratri, amico nec innocenti. Quod invidia non parit pari, exemplum habemus de Absalon, qui voluit interficere patrem suum Davidem propter invidiam ut regnum ejus possideret, quod invidia non parit fratri**

Melius est esse cum hoste crudeli, quàm cum invidioso. 1. Reg. 27.

Abulens.

1. Reg. 18. 19. & 24.

Chrysof. Ambros.

Invidus beneficiis se peior. August.

23. Matth. 21

Rupert.

Matth.

Melior est apertus hostis, quàm occultus & simulatus invidus. Invidus nulli parit.

Guill. Perald.

fratri, in filiis Jacob, qui Ioseph fratri suo non percerunt; quod non parit amico, in Iob, qui interfecit Abner; nec innocenti, ut Herodes, qui puerum quærebat ad mortem.

Joannis 4. n. 4. **Opportebat autem eum transire per Samariam;**

VERSIONES.

**Syriacus.** Opus autem erat ei, ut veniens transiret per Samaritanos.

**Pagninus.** Transire per mediam Samariam.

EXPOSITIO.

24. **Chrysof. Theophyl. D. Thom.** **MAXIME** nobis enucleat, ac expendit Evangelista, ut observant D. Chrysofomus, Theophylactus, S. Thomas, quod Dominus in Samariam, non directè, ac ex proposito, sed veluti occasionaliter venit: quod explicabo quast. 5. Quod verò hic transitus fuerit occasionalis, duobus verbis explicavit Rupertus. Evangelista primò oportebat; nam, ut rectè observat Albertus Magnus, directè venientibus à Judæa in Galilæam per Samariam est transeundum, siquidem Samaria in medio interfacet; ut statim dicam ex Iosepho; & ideo oportebat transire, necessitate vitæ. Secundo transire; non ait Evangelista: Oportebat ire in Samariam; nam ire, significat manere, & habitare. At transire, viam itineris dicit. Illud autem verbum oportebat, explicat Rupertus, quod idem sit, ac congruebat ob altam Dei consilium, de quo quast. 5.

QUESTIO IV.

Quenam esset regio Samaria?

25. **INTELLIGENTIA**, ac cognitio hujus regionis maxime conducit ad expositionem sacri textus. Unde de illa quatuor inquiri. Primo ubi sita? Secundo, à quo ædificata? Tertio, unde dicta? Quarto, à quibus habitata?

26. **PRIMO** quoad situm. Hæc regio locata erat inter Judæam, & Galilæam ut testantur Iosephus de bello Iudaico lib. 3. c. 2. Hegeffippus lib. 3. de exordio Ierosolymitano c. 6. Et ideo Evangelista dixit, quod oportebat transire de Judæa per Samariam in Galilæam: incedendo nempe itinere recto. Erat autem regio partim campestris, partim montosa habens aquas supra modum dulces.

27. **SECUNDO** quantum ad ædificationem, Amrî Rex Israël anno sexto regni sui emit montem à quodam Somer, in cuius vertice civitatem construxit, & ab antiquo possessore, & vendente Somer Samariam nuncupavit. Totum refertur; 3. Reg. 16. n. 24. Hæc deinde Reges Israël pro regia usi sunt, ut ait *Isaias 7. num. 9. Caput Ephraim Samaria.* Et tota Regio, ac Provincia, ab hæc civitate Samaria vocabatur. Et civitas hæc funditus est everfa ab Hircano; sed ab He-

rode Rege iterum est ædificata, teste Eusebio in Chronico tom. 2. Et in honorem Augusti nominata est Augusta. Et sic manet explicatum, unde dicta est Samaria; quod erat tertium quæsitum. Et D. Hieron. in Epitaphio Paula, ibi condita esse ossa Elifæi, Abdiæ, & Joannis Baptistæ, asseverat.

28. **QUARTO.** In Samaria habitabat tota Tribus Ephraim, & dimidia Manasses. Cum vero decem Tribus, quarum regia erat Samaria, in captivitatem essent adductæ à Salmanasar Rege Assyriorum, Rex pro Israëlitis Assyrios posuit. Sed cum à Leonibus ob idololatriam dilacerarentur; Salmanasar Rex misit Sacerdotem quendam ex iis, qui captivi ducti fuerant, ut gentes habitantes in Samaria instrueret in cultu Dei; & ita factum est. Et unaquæque gens in Samaria commorans suum idolum fabricavit, & illud adorabat. Et fecerunt sibi de novissimis Sacerdotes, & cum Deum colerent, diis quoque serviebant, 4. Reg. 17. à n. 25. Seducti sunt postea variis erroribus à quodam, qui à Judæis ad ipsos transfugit, ut testantur D. Epiphanius heres. 9. & D. Hieron. Dialogo contra Luciferanos.

29. **THEOPHYLACTUS** in hoc cap. loquitur, ait, posterioribus temporibus à cultu idolorum abstinuisse, idè quæ testatur Abulensis in 4. Reg. cap. 17. *Aliquando, ait, Samaritani venerunt ad colendum unum Deum: & sic erat tempore Christi. Nam tunc solum erat diversitas inter Iudaos & Samaritanos, in quo loco adorandum erat, sed non erat diversitas, an deberet Deus adorari vel idola.* Ex libris sacris solum quinque libros Moysis recipiebant, ut docent idem Theophylactus, Origenes lib. 1. contra Celsum. Epiphanius heres. 9. & omnium esse sententiam, testatur Abulens. Cum autem Messias in libris Moysis contineretur, ipsum expectabant, ut patet infra n. 25. ait mulier. *Scio quia Messias venit. Et quia Samaria Assyriorum colonia erat, idè Samaritani inter Gentiles à judæis reputabantur; ut advertunt hoc loco Ammonius, Chrysof. Euthym. Albertus Magn. immò judæi Samaritanos, inter hæreticos recensebant, ut advertit Hier. Epist. Ad Algas. quast. 9.*

QUESTIO V.

Quare tantus est Evangelista in narrando, quod oportebat Dominum transire per Samariam.

30. **TRIA** poterant objici contra Dominum, quod ad Samariam veniret. Primo, quod contrariabat suum mandatum. Dixerat suis discipulis: *In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum non intraveritis.* Matth. 10. num. 5. Secundo, quod adversabatur antiquæ consuetudini: *Non conantur Judæi Samaritanis, infra numero 9.* Et ideo quia Dominus ad Samaritanos venerat, eum Samaritanum appellabant. Tertio, ut aiunt, Albertus Magnus, Divus Cyrillus, poterat esse scandalum, quod relicta Judæa, abiret in Samariam, cum Dominus non esset missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël. *Matth. 10. numero 24.* His ergo Evange-

Hieron.

Quidam habitatores Samaria.

Qualis verum cultus.

Epiphanius Hieron.

29. Theoph. Abulens. Quales tempore Christi.

Theoph. Origen. Epiphanius Abulens.

Samaritani inter alienigenos & hæreticos reputabantur. Ammon. Chrysof. Euthym. Alb. Magn. Hieron.

30.

Matth. 10.

Albertus Magnus. Cyrillus.